

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4**

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.  
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

**Hebel, Johann Peter**

**[Karlsruhe], 1772-1776**

[Kiefer, C. F.]: Gentium seculi quinti motus atque migrationes in oratione  
exposuit

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Ingentis

Gentium seculi quinti motus atque migrationes  
in oratione  
exposit.

G. F. Kiefferus.

3278 I or

463

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*

Prima  
bi Au  
Lenda  
Ito quia  
est dicit  
dolore  
relati  
ego qui  
lione p  
bo ve  
lenail  
labora

A. 69.

Director gravissime  
Sociales honoratissimi!

Prima jam vice apud vos verba infla-  
tui Auditoris praestantissimi non osten-  
tenda vel eruditionis vel eloquentia gratia  
sed quia Gravissimo Directori mos gerendus  
est, dicere me nunc jubenti, quia praclarorum  
adolecentum exempla me excitant, quia so-  
cietatis hujus horlatur consuetudo: quam  
ego quidem utilitate fructuosam oblecta-  
tione jucundam usque necessariam & pro-  
bo vehementer & quantum mea fas  
lenailat, & ipse servare summoque ad-  
laborabo. Ego vero ingenium quam mihi

lenue sit, quanquam parum in dicendo va-  
 leant vires mea satis intelligo. Satis  
 ergo veniam mihi Auditori Praesantis-  
 simi ac si eloquentia vel doctrina vel  
 ingenii laude inferior reperiat, obedi-  
 entiae certe & quaecumque conatus meo ex-  
 cusationem concedi fas esse existimabi-  
 lis. Nemo sane mortalium erit, quem non  
 ingentes gentium motus atque migratio-  
 nes in magnam admirationem traducant.  
 A Constantino inde magno usque ad The-  
 odosium magnum res Romana via se  
 sustinuit, quanquam per id spatium etiam  
 vario periculo exorlo, peregrinis subinde  
 gentibus interque haec praecipue Gothicis in  
 provincias Romanorum intrompulis.  
 Haec gens Gothica versus Danubium  
 copiosius adveclis saepius ex eo cum Ro-

manis armis dimicabat, Theodosius vero  
 Magnus pacem cum illis composuit, & deni-  
 que in Danubii regionibus quieti conside-  
 rant. Post illius vero excessum ab initio  
 fere seculi quinti Romanorum Imperi-  
 um totum a barbaris devastatum &  
 dilaceratumque est. Ille magnus Theo-  
 dosius orbem velut inter duas filias Ar-  
 cadium & Honorium adolecentes imper-  
 tores cum maximo detrimento imperii di-  
 visit, illa, ut una orienti, alteri occidenti re-  
 dedit. Hincque motus & migrationes genti-  
 um inilem ~~ce~~ cepere, & immulabiles & fe-  
 rocissime nationes universas Gallias oc-  
 cupavere. Quodquid terrarum inter Alpes &  
 Pyreneum saltum interest, quod Oceano & Rhe-  
 no includitur, vastatum. Alani Suevi & Vana-  
 dali primam expeditionem fecere, anno  
 quatuorcentesimo septimo, Alani in pro-  
 vincia Lusitanica considerant sub duce

Rapensiano. cum illis vero inierunt societatem Suevi & Vandali. Vis non exco-  
 ditum esse patetur, quod nec illi vagati,  
 nusquam fixam antea & perpetuam sedem  
 habuerint; cuncta haec gentes Aethiopia tra-  
 jecerunt ultraq. Montes Pyrenaeos confi-  
 dentes plura regna ibidem condiderunt.

Athorum regnum mox cum ~~una~~ principe  
 vel cum primo rege delatum est. Suevi di-  
 oblinere Imperium Hispaniae, donec il-  
 lud a Visi Gotthi plane subvertatur.

Vandali in Africam transmigrant,  
 & ibi novum regnum fundaverunt, quod Ju-  
 stiniani Imperatoris alate laudem per-  
 cultum est. Hi Visi Gotthi secundam sus-  
 cepere expeditionem anno quadrin-  
 gesimo nono, i. q. praepotens nume-  
 rosissimisque populis novotum molam  
 causa exiit. Omnis vero Gotthorum po-

pulchro in visigothos & ostrogothos divi-  
 debatur. Illi duce Alarico in Italiam sunt  
 profecti, & Romam omnium potentissi-  
 mam civitatem, & hinc terrarum orbem  
 veluti Dominam caplam diripere,  
 anno quadringentesimo decimo Alaricus  
 Honorium exauitoravit, moxq; restituit, in  
 medio victoriarum cursu ipse fato cedere co-  
 actus. Visigothi dein superatis montibus Pyre-  
 naeis in Hispaniam venerunt, & ibi floren-  
 tissimi atq; potentissimi regni auctores fue-  
 re. Annus quadringentesimus quadragesimus  
 nonus tertia migratione memorabilis existit,  
 Romani nimirum tandem etiam in Britan-  
 niam pervenerunt. Cum vero Britanni à  
 vicinis populis versus septentrionem colen-  
 tibus, Pictis Scoticve valde premerentur  
 quemq; frustra ab Honorio, qui tunc Impere-  
 ri sacris tenebat, auxilium sibi quaesissent.



ad extremum proprios sibi elegerunt Reges.  
 Neque vero afflictæ ipsorum res, quidquam  
 eo levabantur, quoniam ab infirmis prin-  
 cipibus, parum ~~sibi~~ communi salutis pro-  
 spectum est, ut denique ab exteris populis  
 auxilium prebere cogerentur. Saxonibus eo tem-  
 pore gens potentissima preteritibus Brit-  
 tanniis duos celeberrimos duces Hengistum  
 & Horstium misere, à quibus mox etiam  
 Piclorum & Scolorum ferocia perdomita,  
 sed ipsa quoque Britannia occupata est.  
 Saxonibus quippe placuit hic sedem suam  
 figere, multoque eo calvervalim subsequenti-  
 bus ejusdem populi copias, Heptarchia  
 ut vocantur Saxonica ibi est condita. Eodem  
 circiter tempore Burgundiones permitten-  
 tibus Romanis in Gallia confederant, &  
 ibi magnum Regnum Burgundicum con-

Adere. Omnium vero formidolosissima  
 & ferocissima Hunnorum gens ex inlita  
 Scythia sub rege suo Attila indomito & cru-  
 deli homine prorumpent, quarta suscepit,  
 multoq; ceteris terribiliorem expeditionem.  
 A Danubio enim cum magna Germanorum  
 manu Galliam invasere. Tum Romani  
 Ostrogothi & Franci adversus barbarum &  
 immanissimum hostem copias junxerunt.  
 Ad Visigothorum Theodosius ipse adfuit &  
 proelium commissum est in campis Catalaunicis  
 anno quinquagesimo primo seculi quinti, Hun-  
 ni victi & Rhenum regredi coacti sunt. Nec tam  
 virosos insequi fugientes ausi ne irridarent,  
 neve in desperationem compellerent barba-  
 ros. Quinque vero expeditionis Aerali & Ostro-  
 gothi Auctores erant. Scilicet Hispania Gal-  
 lia & Africa jam sunt amissa, ipsius Roma-  
 ni Imperii sedibus ruina impendebat. Eorum

enim Italiam quoque barbari adorti sunt, imperabat eo tempore Augustulus imperator, regnandi imperitum. Haec Heruli ad Viflulam habitantes & eorum Rex Odoacer in Italiam impetum fecere, & ex deplorata qui tunc regni status erat facillimam spem nacti occasionemque imperii possidendi. Quod et ita evenit. Namque Augustulus capto brevit tempore totam domuere Italiam. Annus quadringentesimus septuagesimus sextus imperii Occidentalis, ortu insignis est. Mox vero alia turba Barbarorum Odoacer rex qui sedem suam Ravennae habebat perturbatur. Nempe Othogothorum rex Theodoricus armis Italiam opprimere statuerat, immensoque populo illic adducto, qui novam ibi habitacionem destinabat regionem Herulorum sedem oppugnavit; Equidem Odoacer illis resistit, obsidioque Ravenna in annum tertium extracta, sed ad extremum lamina

anno quædringentesimo nonagesimo tertio  
 Odoacer perit & Theodoricus Regnum Ostrogo-  
 thicum in Italia fundavit quod imperante  
 demum Justiniano deletum est. In locum  
 eorum Longobardi postea successerunt, qui  
 per aliquot secula Italia regnum tenuere,  
 donec ab invicissimo Francorum Rege Caro-  
 lo magno Augustalis dignitas atq; Maje-  
 stas, quæ trecentos annos amplius procuba-  
 erat, Roma restauraretur.

473.

*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*